e-codices

blandiatur. aliter hoc intellegendũ tradit. ut dom̃ magna tot
mundus ſignificari credatur. qui hab& hominũ diuerſitatẽ.
Cũ conſt& apoſtolũ exemplo uſũ dom̃ diuitis & opulentis. que
quãuis copioſa ſit. habeat tam̃ uaſa lignea & fictilia. hoc modo
ſcã ecclã. quamquã ſcã dicatur. hab& tam̃ & uitioſos & praua ſen
tientes ſic̃ ſupra memoraui. Quos contumelia dignos oſtendit.
non tam̃ perituros. ſed purgandos p igñe. quia domui ex ali
qua parte neceſſarias. Nouatianus aũ elatus ſupbia. ut ecclę
ſuę ueritatẽ & ſcitatem generalem defender&. hoc modo in
tellegendũ decreuit. quaſi ecclesia penes ipſũ ſit. & cunctos
habeat purificatos. propt̃ illas cauſas quib; nos innocentes accu
ſat. Sed quid opus erat hoc loco de mundo aliquid dicere. aut
ut quid adfirmar&. mundũ domum magnã ſignificans.
Nam dñs dicit apoſtolis. ñ eſtis de mundo. ego aũ elegi uos. Quo
modo ergo intra mundũ concludendis̃ qui negant̃ de mundo
ẽẽ. & idem apoſtolus. quo inquit mihi de his qui foris ſ̃ iudicare.
Nam in una domo. omnes ſub uno ſ nomine. Uno enĩ dñi ſui no
mine cenſentur omnes. Mundus aũ. diuerſę pfeſſionis contin&
homines. ita ut diſpares pfiteant̃ ſe habere deos & dominos.
Non ergo domũ magnã mundũ dix. ſed ecclesiã. in qua omnes
ſub unius dñi ſunt nomine. Siquis ergo purgauerit ſe
met ipſũ ab iſtis. erit uas in honore ſcificatũ utile dño
ad omne opus bonũ preparatũ. Hunc alia hereſis frau de
ſua conuincitur. quę adſerit animas quaſdã naturã ẽẽ malas
quę ad bonũ cogi ñ poſſint. cũ hic dicat poſſe malos inmutari in bo
num. & ſordidos purificari. Potuerant enĩ himineus & phil&us
mundare ſenſũ ſuũ ſi uoluiſſent ut fierent uas ſcificatũ preparatũ
in honorem. Iuuenilia aũ deſideria fuge. Iuuenilia deſideria

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 330, p. p.%20253 – Commentarius in epistolas Pauli ad Galathas, ad Ephesios etc. (http://www.e-codices.ch/en/csg/0330/p.%20253)